

Sermo

qz te multipliciter honoravi. 7 plus te ho-
norabo si ad me veraciter pulsus fueris. **Etiā**
sciendū qz qlibet gaudere dicitur de puerfione
peccatoris ppter duo. **Primo** ppter honores
rei. qz maximū de decore deo exhibitū est et
erhibet. qn qd peccat mortaliter. **Sicut** si
rex terrenus in honorearet magnū estimaret
7 cū sibi fieret ab hoīe despecto cui mul-
ta bona fecisset. **Secundo** gaudere debemus
d bonis opibz primor. qz i celo oīa meri-
ta primor erūt nra. 7 b ex fraterna chari-
tate. qz vt dicit **Ansel.** Quilibet i celo. pri-
mum suū diligit sicut seipsū. 7 ex charitate
vnusquisqz intantū gaudet d alteri meri-
to q̄tum d suo ppro merito. **Vnde** etia
magister li. iij. senten. di. xlix. **Per** chari-
tatē qz i singulis erit pfecta. tū quisqz
gaudebit d alteri bono. quātū gauderet
d seipso. si i se haberet. **Etiā** sciendū qz facti
in celo nō solū cognoscūt p̄p̄nqz quos h
nouerūt. b etiā qz nunqz viderūt. vel etiā
q ante centū ānos vel mille vixerunt. **Vñ**
Breg. i dialo. **S**acti nō solū cognoscūt
qz h nouerūt. b etiā recognoscūt illos qz
nunqz viderūt. **Ergo** cū angelis gaudere
debem? de conuersione vnus peccatoris
Vñ **Lud. xv.** Gaudiū ē angelis dei sup
vno peccatore p̄nitenti agēte. **Quātū**
ad tertiā ptem hui? sermonis sciendū qz
oēs christi fideles debēt hodie festū sancti
Pauli solēmiter celebrare. 7 ipsū tāqz sin-
gularē patronū inuocare. **Primo** illi qui
patiuntur dolorē oculor. **Vñ** deo legitur
qz cū quodaz tpe p̄dicasset dionysius qui
erat magn? p̄bus 7 gentilis non credebat
his q̄ iam a paulo dicebant. **Tandem** p-
cessit vn? cecus coram eo. **Tunc** dixit dio-
nysius ad paulū. si illū cecū illuminaueris
credā in iesū christū. **Tūc** paulus dixit ad
cecū. **In** noīe iesu christi respice in me. sta-
tim cec? vidit. 7 statim dionys? credidit. 7
baptizatus ē. **Et** sic ambo illuminati sunt
vn? in corpe. alter i aīa. **Etiā** infirmi 7 te-
biles. **Vñ** **Act. xix.** legit qz offerebant su-
daria 7 vestes paulo 7 sup infirmos pone-
bāt 7 sanabāt. **Si** ḡtm valebāt vestes ei?
i hoc seculo. quātū nūc valet eius deuote
oīones i celo. **Et** q dānabiliter tēptant d

occisione suūpsi? inuocēt sanctū paulum
Vñ legit qz qdā desperās laqueū sibi pa-
rabat. nomē sancti pauli inuocās semper
dicebat. **S**acte paulē adiuua me. tūc affuit
qdā squalida vmbra hortās eū 7 dicens.
Eia bone vir age qd intēdis. ne moram
feceris. **At** ille semp parans laqueū dice-
bat. **Beatissime** paulē adiuua me. **Expe-**
dito iam laqueo affuit alia vmbra clara 7
multū mirabilis tanqz hoīs dicēs illi qui
hoīez hortabat ad suspēdiū. fuge miserrī-
me. qz paulus aduocat? venit. **Tūc** squa-
lida vmbra euauuit. et hō ad se redigens
laqueū p̄ciēs p̄nitentiā p̄gruam 7 p̄di-
gnā recepit. **Etiā** q a serpētibz qnqz ledūt
Vñ legit de eo qz cū esset in qdam insula
vipera manū ei? inuasit. b nihil euz lesit. q
post in ignē eā excussit. **Legit** enī qz hoīes
de p̄genic illi? hoīs q paulū hospitio ac-
cepit. a venenosis nullaten? ledunt. **Vñ**
cū pueri nati sūt. in cunis eorū serpētes po-
nunt. 7 sic si filie eorum sint. p̄bant. **Etiā**
pōt subuenire i morte. **Vñ** legit qz qdam
iuuenis fenestrā ascendit vt paulū p̄dicā-
tem audiret. 7 sic dormitando cecidit. quē
paulus resuscitauit. 7 multa alia miracu-
la fecit post puerfionē suā. **Refert** **Hay-**
mo. qz paulus a pullozū cantu laboribus
manuum insistebat vsqz ad quintaz ho-
ram. deinde p̄dicatione vacabat. ita vt
plurimqz vsqz ad noctē sermonē p̄traheret
Residuum vero tps comestioni somno 7
orationibus necessariū erat.

**De purificatione marie virgi-
nis. Sermo. XI.**

Postquam im-
pleti sūt dies purgatiōis ma-
rie fm legem moyli. Ita scri-
bit **Lud. ij.** **Hiero.** De beatissima ac glo-
riofissima virgine maria loq me indignus
fateor. sed 7 puto qd nemo sit q p̄sumat
aliqd loq. nisi q quāta sint q̄ p̄sumit igno-
rat. **Tamē** si ad hoc nemo idoneus inue-
niat. votis omnib? cessare non debet. qli-
bet etiā peccator a laudib? x̄ginis glorio-
se. **Vñ** etiā beat? **Aug?** **Quid** ego dicā

de te pauper ingenio cū de te q̄qd dixerō
minor laus ē q̄ tua dignitas meret. **Uñ**
etiā beat⁹ **Bern.** Si oīūz martyꝝ vulne-
ra ⁊ mēbra verterēt in linguas. eā sufficiē-
ter laudare nō possent. Si ḡ tāti doctores
fatē se ad h̄ nō posse sufficere. q̄d dicā d̄
modernis doctorib⁹. q̄ respectu eoz sūt q̄si
gutta respectu toti⁹ maris. **Sz** recurrēdū
est ad illā de q̄ locuturi sum⁹. ut apud suū
filiū nob̄ singularem gr̄az impetret. **Sz** ex
quo hodie ē festū purificationis marie vir-
ginis. tūc in p̄nti h̄mone tria sunt dicēda.
Primo d̄ festo p̄senti scz purificationis h̄m
legē **Moyli.** **S**cdo aliq̄ p̄ informatione
n̄ra. **T**ertio ⁊ vltimo miracula q̄dam pro
n̄ra p̄olatione. **Q**uantūz ad primum
est sciendū. q̄ h̄ festū sortit̄ tria noīa. **P**ri-
mo enī d̄ festum purificationis. ⁊ ideo d̄ in
thematē hui⁹ sermonis. **P**ostq̄ impleti
sunt dies purificationis zc. **C**irca qd̄ q̄rit̄.
vix virgo maria indigebat purgari. **R**e-
spōdet q̄ nō. q̄ nō ratione sui. q̄ ipsa fuit
purissima ⁊ purior omniū creaturaz. **I**psa
enī adhuc existēs ī materno vtero sancti-
ficata fuit. q̄ ī p̄senti vita nunq̄ peccauit
nec etiā venialiter. qd̄ nemini inter natos
mulierū vel natos credit̄ esse donatū. **Sz**
maxime fuit purissima ī sui filij p̄ceptione
Sanct⁹ enī sanctorū intrans ī ipsā sanctā
sanctaz ipsam effecerat. ⁊ ī ipsa nulla fuit
macula. **Uñ** sp̄ss sanctus videns eā tam
pulcrā ⁊ tam mūdā. dicit ī cāticis cāticorū
Lota pulcra es amica mea. **R**ec etiā rati-
one legis indignū purgari. **N**ā lex purifi-
cationis erat q̄ si mulier ex virili semine
p̄cepto peperisset masculū. imūda eēt. vij.
dieb⁹ a cōsortio hoīūz. **O**ctaua autez die
puer circūcideret. p. xxxij. dies ab īgressu
ecclesie abstinere. ⁊ sic. xl. die intraret tēplū
et offerret agnū si dīnes esset. aut par tur-
turū colūbaz. aut duos pullos colūbarū
si paup̄ esset. ut habet **Leuit.** xij. **Sz** ma-
ria non indignū purgari ratione legis. q̄
lex p̄supponit. q̄ mulier non virgo q̄ con-
cepto virili semine. **Sz** maria p̄cepit non
ex virili semine s̄ mystico spiramine. **S**ed
diceret q̄re ergo purgari voluit. cum non
indignū. **R**ndet q̄ primo p̄pter obediē-

tię perfectionem. **M**aria enī omīa serua-
uit q̄ in lege **Moyli** scripta sūt. ut patet h̄
in euāgelio hodierno in purgatiōe ipsius
Et in hoc nobis exemplū reliquit obediē-
tię. ut etiā nos obediam⁹ p̄lati⁹ ⁊ p̄ceptis
ecclesie in festis celebrandis. et in ieiunijs
observandis. **N**āz quicunq̄ sciēter ⁊ sine
causa soluit festum ⁊ ieiunia. peccat mor-
taliter. q̄ nullū peccatum veniale est in p̄-
cepto. sed solū mortale. **S**cdo p̄pter exem-
plum humilitatis maria se cōformare vo-
luit alijs mulieribus. **Uñ** beatus **Bern.**
Esto mater mulierū. tū vna istaz. **E**t que-
cūq̄ mulier vel virgo ē humilis. talis ē fi-
lia marie virginis. ⁊ q̄cūq̄ est supba. ista
est filia luciferi. ergo q̄libet mulier aut vir-
go debet sectari humilitatem marie. quia
d̄ in **Luc.** **R**espectu dñs humilitatez an-
cille zc. **S**ed heu plures mulieres imitan-
tur nūc euam in superbia ⁊ in credulitate.
Quod sic ptz. **N**ā ancilla. ix. ānoꝝ qñq̄ cu-
riolus p̄cedit in veste sua. q̄ masculus. xix.
annoꝝ. **E**t cum vetula amplius se ornare
nō audet p̄pter ipsius fatuitatez. tunc ad
supbiam et laudem hoīūz non desinit or-
nare filiam suaz. **S**ilr mulieres plus con-
sueuerūt se occupare cū incredulitatib⁹ et
incātationibus ⁊ carminib⁹ q̄ viri. **N**āz
qñq̄ vna mulier aliqñ plus scit de talib⁹
supstitionibus q̄ centūz viri. ⁊ tales car-
minatrices non solū dānantur. s̄ et multa
mala faciūt alijs in aīab⁹ suis. **Uñ** ī **Ca-**
no. xxvi. q. vij. **N**on obseruetis. **D**iuina-
tioni q̄ intendit. dānationem aīę incurrit
Unde ex iam dict̄ elicitur. q̄ plures mu-
lieres dānant q̄ viri. **E**t de hoc quere ex-
emplum in p̄mptuario infra. vij. **S**. **T**er-
tio purgari voluit. ut nobis omnibus ex-
emplum purificationis daret tam masculis
q̄ fēminis. tam diuitib⁹ q̄ paup̄ib⁹. **S**e-
cundo vocat̄ hoc festū gr̄ce ipopanti seu
luminū. q̄ portatus est hodie ad tēplum
christus iesus q̄ est lux mūdi. **N**am maria
ioseph simeon et anna hodie fecerunt ve-
nerabilem p̄cessionē cū pueꝝ iesum vellēt
ī tēplū p̄ntare. ⁊ p̄sentauerūt. **S**ic et nos
p̄cessionem faciam⁹ quam sanctus **G**reg⁹
papa Anno dñi. dlxxxv. īstituit. **E**t ceterū

Sermo

accessum p̄ quē significat christ⁹ i manib⁹
suis cū toto clero romano portauit. **T**ria
enī sūt i cēreo. scz cera. ligmen. ⁊ ignis. ⁊ h̄
sūt tria q̄ fuerūt i chusto. **N**ā cera signifi-
cat carnem christi q̄ nata ē de virgine sine
corruptione. sicut apes ceram gignūt sine
corruptione ⁊ cōmixtione. **L**igmen i cera
ē aīa christi. **I**gnis vero significat eius di-
uinitatez. **T**ertio dī h̄ festū p̄ntationis. q̄
dī i euāgelio hodierno. vt līteret eū dñō
⁊ darent hostiā p̄ eo. **U**n̄ q̄rit q̄re mulie-
res existētes i puerperio offerunt infantes
dñō. **R**espōdet primo vt ex h̄ ostēdat q̄
infans iste ē dei p̄p̄. quia creauit ipsū. et
aīam infudit. ⁊ ipsum redemit. q̄li diceret
mater ad dñm christū: **E**cce infātē quem
creasti. ⁊ aīaz. quā infudisti ⁊ redemisti. in
signū hōz bñficioz tibi eum hodie offero
Scdō vt h̄ p̄ntatio sit q̄dā grāz actio. d
eo q̄ dē plen dedit. ⁊ puerperā a piculo
mortis p̄seruauit. ⁊ puer i vtero m̄ris cu-
stodiuit. q̄li diceret puerpera: **E**go offero
eū i signum regratiatiōis. q̄ inuolūti me vt
ipsū i mūdū peperī. ⁊ si supuixerit faciā pos-
se meū q̄ p̄bus erit. et tūc oīs labor quem
habēt parētes cū pueri erit ipsis meritori⁹.
Un̄ ad **R**o. viij. **S**cim⁹ qm̄ diligētibus
deū oīa coopant i bonū. **T**ertio vt deus
extūc infātē custodiat. ne grāz ⁊ inocētiā
baptismalē perdat. **U**n̄ in ps. cxvi. **R**isi
dñs custodierit ciuitatē zc. **N**am puer in
baptismo fit dei tēplū. ⁊ talē grāz accipit.
q̄ line omni pctō mortali viuere pōt vsq̄
ad finē vitę suę. ⁊ si stāte ista inocētiā mo-
reret in cōtūcti ad eternā gloriā euolaret
Nd ptz. qz baptizato chusto a iohāne in
iordane. celi apti sūt. ⁊ spūssanct⁹ visus est
De h̄ etiā habetur supra sermone. iij. p. ij
Quantū ad scdaz ptē isti⁹ h̄mōis sciē-
di p̄ informatiōe n̄ra. q̄ exēplo beatę ma-
rię virginis purificare debem⁹ cor n̄m a
malis cogitationib⁹ et amore illicito. **S**z
quō q̄s peccat p̄ illicitū amorē. **R**ndetur
q̄n̄ hō p̄l⁹ diligit creaturaz q̄ creatorē. scz
deū. **U**n̄ beat⁹ **H**iero. **Q**uodcūq̄ q̄sq̄
supra deū vel eq̄liter deo diligit. h̄ sibi p̄
deo instituit. **S**cdō cogitādo et morose i
peccat⁹ delectādo. **U**n̄ **Aug⁹**. **M**orosa co-

gitatio cū delectatiōe ⁊ p̄sensu ē mortalis
Tertio vidēdo amaliū vel amaliāz cū de-
lectatione ⁊ mala p̄cupiscētia. **M**atth. v.
Qui viderit mulierē ad p̄cupiscēdū eam
iā mēchatus ē eam in corde suo. **Q**uarto
loquēdo. vt cū q̄s p̄ verba allecitiua p̄uo-
cat se ⁊ aliā p̄sonā ad malā p̄cupiscētiā
Unde dī in decre. **D**e indicabit verba
h̄m intentionē p̄ferētis. xxij. q. v. **H**uma-
ne. **Q**uinto tangēdo ⁊ iocādo mala intē-
tione. sed si fieret in ioco. tūc veniale pec-
catū. **U**n̄ in decre. dī. **T**actus lasciu⁹ etiā
sine coitu est ḡue peccat⁹. xxvij. q. i. **D**ec
aliqua. **S**exto ornādo se i crimibus. in fa-
cie. in vestibus in calceis. in cingulis. i pe-
plis. ⁊ sic de alijs. quando ista fiunt mala
intētiōe. supbiēdo. alliciēdo. sūt mor-
talia. h̄cisti merito aduertere deberēt qui
festinis diebus crines ornant. ⁊ specula ex
superbia sepe inspiciunt. **S**eptimo cū q̄s
ex amore illicito dat alicui p̄long donum
vel denodiuū ea intentione ut eū vel eam
ad malum act⁹z alliciat. talis peccat mor-
taliter. **O**ctano quando q̄s superficialiter
vult facere amorē illicitū iter personas ali-
quas. **S**imiliter q̄ credūt q̄ hoc possit cū
diabolo fieri. **N**ono quādo quis ex amo-
re illicito flet ⁊ tristatur. quādo illa p̄sona
se alienat ⁊ recedit ab ea vel ab eo. vel q̄n̄
aliā personāz p̄ter eam amat vel amica-
biliter alteri loquitur. vel etiā cōtrahit cū
aliqua honesta persona matrimonii ho-
nestū. ⁊ ex hoc maledicit sibi vel vxori. vel
etiam alijs personis quas ille diligit. **D**e-
cimo q̄ scribūt litteras amatorias. ⁊ etiā q̄
portāt tales sciēter. similiter q̄ tales sciēter
in domo sua p̄mittunt peccare. **Q**uan-
tum ad tertiam partem istius sermonis
est sciendū. q̄ omnes homines vtriusq̄
sexus. viri ⁊ mulieres. ancille et virgines.
puuli ⁊ pueri. debent hodie ⁊ quondie in-
uocare beatam virginem mariā ⁊ ei fide-
liter seruire. qz ipsis potest in omnibus tri-
bulationib⁹. infirmitatibus ⁊ necessitatib⁹
subuenire. **E**t primo viri i necessitatib⁹ vi-
tę aut mortis cōstituti debēt recursū h̄c
ad beatam virginem mariā. **E**xemplū de
milite q̄ in honorem beatę marię virginis

vnū cerēū accēdit. q̄re infra ī p̄mptuario
de exēplis beate virginis. xlii. Etia mul-
eres. Exēplū de vxore miliū q̄ fuerat im-
p̄gnata. 7 pdidit vsūm ratiōis. nec potuit
sanari. nisi ī festo purificatiōis. 7 in ecclia
beate marie virginis. h̄ q̄re ibidē. iij. Itē
ancille 7 peccatrices debent ei seruire. 7 eā
inocare. Exēplū d̄ ancilla q̄ peccauit cū
dño suo. Hoc q̄re ibidē. xlvj. Etiam vir-
gines p̄be 7 honeste debēt eam inocare.
vt p̄seruet eas ab infamia. Exēplum de
duobz sororibz que fuerūt false infamate.
q̄re ibidē. xxi. Etia parētes q̄ habēt pue-
ros. Exēplum de puella puula quā ra-
puit lupus. 7 maria eā liberauit. 7 m̄i sug-
restituit. quere ibidē. xv.

De sancto Matthia. Ser. XII.

Et annuera

tus est cū. xi. aplis. Act. p̄. Ex
q̄ hodie celebrāz festū sancti
matthie. q̄ electus est loco iude traditoris
christi. Lūcī p̄m̄i simone tria sūt dicēda.
Primo de electione et priuilegijs sancti
matthie. Secdo aliq̄ p̄ informatione sim-
pliciu. Tercio aliq̄ miracula p̄ solatione
audientiū. Quātū ad p̄m̄i sciēdū q̄ san-
ctus matthias apls h̄z. vij. priuilegia. Pri-
mū ē sua cōmēdabilis electio. Nā lauda-
bilis ē electus. Lūcī enī iter ascensionē 7 p̄te-
costen apli simul ī vna domo eēnt. vidēs
petrū q̄ numerus aploz eēt d̄minuit quos
dñs elegit. vt fidē sancte trinitatē ī q̄ttuor
mūdi p̄tibz p̄dicaret. surrexit in medio fra-
trū dicēs. Viri fratres optet ut aliquē lo-
co iude instituat. q̄ testet nobiscū resur-
rectionē iesu christi. 7 statuerūt de septua-
ginta duobz. discipulos duos. scz ioseph
q̄ cognominat⁹ ē iust⁹. q̄ fuit frater iacobi
alpheī 7 simonis 7 iude. 7 matthiā. orātes
dixerūt. Tu dñe q̄ nosti corda hoīuz. ostē-
de quē elegeris ex his duobz accipe locū
quē amisit iudas pditor christi saluatoris
7 datis illis sortibz. cecidit sortis sup mat-
thiā. 7 annuerat⁹ ē cū. xi. aplis. Sciēdum
q̄ fm beatū dionysiu. illa sortis nihil aliud
fuit. q̄ qdā splēdor d̄min⁹ p̄ quē ostēde-

bat q̄ ipse erat ī aplm assumend⁹. Et in h̄
ostēdit⁹ eius sanctitas. q̄ licet ab infantia
aīaz suā 7 vitā suāz sancte 7 mūde h̄uane-
rat. q̄ virgo fuit. tñ sic maceravit ieiunio
corp⁹ suū q̄li peccator eēt. timēs ne aliqd
ī ānis puerilibz egisset. qd dño displicuisset.
Secdū priuilegiū. q̄ fecit eū christus
p̄tribulem suū. Fuit enī de tribu iuda d̄ q̄
nata ē beata virgo maria. 7 iesus christus
filius ei⁹. Solēt enī hoīes q̄ sūt de eadē tri-
bu magis inuicē diligere. sic 7 christ⁹ ipsū
dilexit. D̄ q̄ magna dilectio q̄ ipsum sic
elegit. Terciu priuilegium. q̄ matthias
fuit cōpatriota christi. fuit enī bethleemi-
ta. Sicut enī christ⁹ ī bethleē ē nat⁹. sic et
matthias. Solēt aut hoīes q̄ sūt de eadē
ciuitate nati mutuo se diligē. Quartū
priuilegiū. q̄ christus p̄sonaliter ad eū ve-
nit. q̄n fuit positus ī carcere cum multo lu-
mine. 7 ipsū de terra leuauit 7 vincula sol-
uens 7 dulciter eum p̄fortans. ostium sibi
apuit. q̄ egressus verbū dei p̄stāter p̄dica-
bat. Quintū priuilegiū. q̄ nō solum est
apls. h̄ etiā martyr christi. Vñ legi⁹ d̄ eo
q̄ cū verbū dei ī iudea p̄dicaret. 7 magnū
p̄plm signis 7 p̄digijs cōuerteret. Vñ in-
dei inuidētes ei ipsū ī p̄ilio statuerūt. ac-
cesserūt aut duo testes q̄ ipsū accusauerūt
Primo ī ipsum lapides miserūt. q̄s lapi-
des ī testimoniū illis secū petijt sepeliri. q̄
dum lapidaret. securi more romanorum
percutitur. 7 extensis manibus in celū spi-
ritum tradidit. Sextū priuilegiū. q̄
vnum articulum de. xij. articulis fidei cō-
posuit. ī quibus articulis p̄sistit fides 7 sa-
lus oīuz christifidelīū. et ē vltimus articu-
lus. scz carnis resurrectionē 7 vitā eternā
amen. Credere enī debemus q̄ oēs homi-
nes simul resurgent ī nouissimo die. tam
boni q̄ mali. 7 quilibet resurget in eodem
corpore ī quo vixit. Quis enim corpus in
cinerem et puluerem redactum sit. tamen
omnia ista que spectant ad cōplementū
corporis redibunt. 7 ideo corpus resurget
et omnes resurgemus in illa etate in qua
christ⁹ fuit quando mortē p̄ nob sustinuit
tam senes q̄ iuuenes. 7 corp⁹ cuiuslibet ele-
cti lucidum erit 7 splēdidū. Sed corpus